

GABRIEL BIEL PROFESSOR TVBINGENSIS.



Gabriel Biel vir in divinis scripturis eruditus & in humanioribus literis doctissimus fuit. Cum itaq; eius tempore, anno Christi 1476. Eberhardus comes inclytus Vuirtenbergensis Tubingæ Academiam fundasset, atq; multis priuilegijs ornasset, Gabriel ille inter primos professores ibidem extitit, atq; sua eruditione eadem plurimum illustrauit. Fuit itaq; apud comitem eum in magna existimatione. scripsit is inter alia in Canonē Misæ, atq; in Passionem Domini, cum alijs. Cum aut longo tempore sacras literas ipsamq; philosophiam Tubingæ magno auditorum concursu professus esset, atq; tandem ordinem eorum, qui se fratres in communi uiuētes appellant, suscepisset, uitam cum morte commutauit. Tric.